
*Caput III.**De Elevatione Numerorum ad Potentias.**§. 73. Scholion.*

Quoniam per §. 3 numerum ad potentiam elevare, est, numerum illum aliquoties in se ducere, regulaeque, quibus multiplicatio tam in numeris determinatis quam indeterminatis est absolvenda, jam in ipso matheseos limine tradebantur; explanandis de elevacione numerorum ad potentias praeceptis prorsus supersedere possemus, nisi, extrahendarum radicum gratia, nonnulla multiplicacionis theoremeta et problemata vel in mentem revocare, vel prolixius, atque in multiplicationis expositione fieri solet, pertractare consultum videretur, in qua tamen expositione non nostram, quam praefatione proposuimus, sed communem de factorum oppositorum multiplicatione sententiam sequemur, ne dum fors ipsi in errore haeremus,

in